

blasphemias quia dixi filius dei sum. Ut quo
modo deus deos facit. & stat in synagoga deo-
rum in medio autem deos diiudicat. & cum
ipse sit uerum lumen quod illuminat om-
nem hominem uenientem in hunc mundum. Ad
apostolus loquitur. Uos estis lux mundi. Sic
& ipse saluator. propheta suum faciat sal-
uatorem. Osee enim in lingua nostra saluato-
rem sonat, quod nomen habuit & iam io-
sue filius nunc. antequam ei dō uocabulum
mutaretur. Non enim ut male in grecis
codicibus legitur & latinis a uis dicitur est.
quod nihil omnino intellegitur. sed osee.
id est saluator. & additum est. eius nomini
dñs ut saluator dñi diceretur. Iste ergo
saluator filius est beeri. id est putei mei.
quos puteos fodit abraham. isaac. & iacob.
& allophili eos semper obruere conabantur.
Inter puteum & lacum. id est cisternam.
hoc inter est. quod puteus perpetuas
aguas habet. & de uuo fonte manantes.
Cisterna. quae refrigerat aquas suas. ex-
ternas & aduenticias possidet. Unde
per hieremiam prophetam loquitur dñs.
Ne dereliquerunt fontem aquae uiuae.
& foderunt sibi cisternas quae aquas
non ualent continere. De hoc fonte
addm psalmista proclamatur. Apud te
est fons uitae. in lumine tuo uidebimus
lumen. Unde quidam putant beeri in-
terpretari lumen meum. sed superior

vera translatio est. In diebus ozie. ioa-
tham. ahaz. ezechie regum iuda. & in
diebus hieroboam. filii iohaz regis isrl.
Lxx similiter. Azarias qui uocatur & ozias
de stirpe dauid. regnauit in hierusale
super duas tribus quae appellabantur
iuda annis quinquaginta duobus. Cui
successit in regnum filius eius ioatham. qui
& ipse regnauit annis xv. Post quem filius
eius ahaz regnauit annis similiter xv.
Cuius anno undecimo decem tribus quae
appellantur israhel captae sunt. a salma-
nassar rege chaldeorum. & in medoru
montibus collocatae. Post ahaz regna-
uit filius eius ezechias annis xxviii.
Ex quo perspicuum est prophetante osee.
israhel. & iohel. & amos. & abdia. & iona. &
michea. qui $\epsilon\chi\chi\rho\mu\omicron\iota$ eius fuerunt.
Regnum decem tribuum esse finitum.
quod a primo rege hieroboam usque ad
ultimum osee permansit annis ducentis
quinquaginta. Et autem tempore quo
ozias regnare coepit super iudam. duo
decimum annum super israhel regnabat
hieroboam pronepos hieu. Cui dñs
repromiserat usque ad quartam gene-
rationem sobolem illius regnaturam. eo
quod percussisset duos reges impios
iuda & israhel. hoc dicimus ut tibi bre-
uiter ostendamus osee prophetam. & ante
captiuitatem israhel. & post captiuitatem